UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

X. De natis ex libro ventre.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

X. *De natis ex libero ventre.*

NAm etſi regulariter partus ſequitur ventrem. *C. de rei vindic. l. partum.* adeo is demum liber dicendus ſit, qui ex ventre libero naſcitur. *D. de ſtat. homin. l. 5. §. ingenuum.* tamen hæc regula perpetuo non obtinet; ſed ab ea excipitur dictus caſus, id eſt, um jure provinciæ ſpecialiter cautum eſt, liberi conditionem patris ſequantur. *D. eod. g. lex naturæ. 24.*

XI. De cognatione ſpirituali.

NOnum vitium eſt, ſi inter cognatos nu- 1
ptiæ contrahantur in gradu prohibito.
Eſt autem cognatio triplex: ſpiritualis, le- 2
lis, & carnalis. §. Spiritualis cognatio eſt 3
rſonarum propinquitas, ſeu conjunctio ex
techiſmo. *Inf. lib. 6. c. 2.* vel ex Baptiſmo,
el ex Confirmatione proveniens. *Inf. eod. c. 1.*
Quæ quidem dividitur in compaternita- 4
m, paternitatem, & fraternitatem. Compaternitas eſt inter patrem ſpiritualem & patrem carnalem: ut inter Baptizantem vel ſuſcipientem, & patrem Baptizati ſeu ſuſcepti. Pater autem ſpiritualis appellatur patrinus: quod nomen non ſolum ſuſcipienti, ſed etiam Baptizanti convenit. 30. *q.* 1. *c. omnes.* 8. *Hoſtienſ. hic num.* 2. Paternitas contrahitur inter Baptizantem & Baptizatum, nec non inter ſuſcipientem & ſuſceptum. Fraternitas con-